


Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei  
Dilectis Filiis Universis Theutonicis per  
Estoniam et Livoniam constitutis  
Salutem et Apostolicam Benedictionem

Ab indebitis exactionibus se abstineant.

Ut pacem faciatis in finibus terrae vestrae, accin-  
gi debetis contra paganos perfidos viriliter, et po-  
tenter. Tunc enim rex regum de manibus vestris  
accipit sacrificium vespertinum, cum illos sub  
manu vestrae potentiae confortetis quos milro-  
rum rapacitas tanquam gregem parvulum  
devixit, quod Jordanis in os ipsorum infleat con-  
fidentes. Ne igitur in rapina cedant, qui cu-  
stodiri a potentioribus debuerant, vestris con-  
tenti stipendiis ab exactionibus indebitis

2451 .01  
manus vestras innocuas conservate, conteratis ca-  
pita humilium populi Domini super ter-  
ram. Sed observate Episcoporum statuta  
vestrorum, generales expeditiones facientes,  
Neophitos, cum neceffe fuerit, Defensando,  
pro quibus ut ipsos a paganorum insulti-  
bus protegatis, censum accipietis, et feuda  
vobis concessa per venerabilem fratrem  
nostrum Opsiliensem Episcopum retinetis.  
Et ut praedicta omnia, sicut tenemini, fide-  
liter impleatis, universitati vestrae per apo-  
stolica scripta mandamus, quatenus, tam-  
quam verae obedientiae filii, observare  
singula procuretis secundum gratiam vo-  
bis datam. Alioquin nos eidem Episcopo no-  
stris damus literis in mandatis, ut ad exe-

quenda huiusmodi monitione premissa per  
 censuram ecclesiasticam, appellatione remo-  
 ta, vos compellat, quam si cordes contempseri-  
 tis tumescenti, feuda, que ab eodem recep-  
 istis, ad ipsius dominium revertantur. De-  
 tum Lugduni III. Nonas Septembris, Pontifi-  
 catus nostri anno tertio.



Praedictae literae f. r. Innocentii P. P. IV. Descriptae, et  
 recognitae fuerunt ex Libro ms., cui titulus = Narratio de  
 Polonia = tom. 12. pag. 325. t.º qui adservatur in Tabula-  
 ris Secretariatus Vaticanis. In quorum fidem hic me subscri-  
 psi, et solito signo signavi.

Datum e Tabularis praefatis VII. Idus Maias MDCCCXXXVII.  
 Indictione X. Pontificatus vero Anni in Christo Patris,  
 et Dni nri, Dni Gregorii P. P. XVI. anno VII.



M. Morini  
 Tabular. S. R. E. Praefectus

